

## FALSIFICACIÓN

*Convocado un Concilio de nueve obispos en Jaca, en el que se decretó la restauración del antiguo obispado de Huesca, cuya sede se estableció interinamente en aquella ciudad, Ramiro I y su hijo Sancho Ramírez conceden diversas donaciones.*

## GRUPO A:

- A<sub>1</sub>. Arch. Cat. Huesca, sign. 2-111, copia simple en perg. y letra carolina (cfr. BALAGUER: *Los límites y el Concilio de Jaca*, sigla G, pág. 106).
- A<sub>2</sub>. Arch. Cat. Huesca, sign. 2-115, copia simple en perg. y letra carolina, gemela de la anterior (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla M, pág. 112).
- A<sub>3</sub>. Arch. Cat. Huesca, *Libro de la Cadena*, f. XIX, copia del siglo XIV, escrita fuera del cuerpo del cartulario, aprovechando un espacio en blanco entre el índice y el primer documento (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla J, pág. 108).

## GRUPO B:

- B<sub>1</sub>. Arch. Cat. Huesca, sign. 2-983, copia simple en perg., testificada por Juan Hugo, notario oscense, a 5 de septiembre de 1303 (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla H, pág. 107).
- B<sub>2</sub>. Arch. Ayuntamiento de Jaca, *Libro de la Cadena*, doc. 60, f. 94 v., publ. DÁMASO SANGORRIN: *El libro de la Cadena del Concejo de Jaca* (Zaragoza, 1921), pág. 43 (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla I, pág. 107).

## GRUPO C:

- C<sub>1</sub>. Arch. Cat. Huesca, sign. 9-286, copia iluminada en perg. y letra visigótico-carolina (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla K, pág. 108).
- C<sub>2</sub>. Arch. Cat. Jaca, copia iluminada en perg. y letra visigótico-carolina, gemela de la anterior (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla L, pág. 111).
- C<sub>3</sub>. Arch. Cat. Jaca, copia iluminada en perg. y letra carolina (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla C, pág. 103).

- C<sub>4</sub>. Arch. Cat. Jaca, copia en perg. del siglo XIV, testificada por el notario jacetano Miguel Alamán (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla N, pág. 112).
- C<sub>5</sub>. Arch. Cat. Jaca, *Cartulario* (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla O, pág. 112).

## GRUPO D:

- D<sub>1</sub>. Arch. Cat. Huesca, 2-47, copia iluminada en perg. y letra visigótica (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla A, pág. 98, y edición, en pág. 135).
- D<sub>2</sub>. Arch. Cat. Huesca, 2-141, copia iluminada en perg. testificada por el notario oscense Gil de Fraga, del siglo XIV (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla B, pág. 102).

## GRUPO E:

- E<sub>1</sub>. Arch. Cat. Huesca, 2-915, copia iluminada en perg. y letra visigótica (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla E, pág. 104).
- E<sub>2</sub>. Arch. Cat. Huesca, 2,70, copia iluminada en perg. y letra carolina (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla D, pág. 104).
- E<sub>3</sub>. Arch. Cat. Huesca, *Libro de la Cadena*, doc. 258, pág. 135 (cfr. BALAGUER: *Los límites*, sigla F, pág. 105).

## OMNES

Sub (1) Christi nomine et eius ineffabili misericordia (2). Ranimirus gloriosus rex et Sancius filius eius omnibus diuine legis ac christiane religionis cultoribus sub nostro regimine constitutis. Volumus notum fieri dilectioni uestre quoniam ob restaurandum sancte matris ecclesie statum nostris in partibus

A

exigentibus peccatis pene destructum,

BCDE

nostra maiorumque nostrorum negligentia pene corruptum,

## OMNES

synodum nouem episcoporum congregari fecimus in loco a priscis olim temporibus Iacca nominato

A

in quo presentibus atque consentientibus cunctis nostri principatus primatibus atque magnatibus, pleraque ad honorem Dei et sanctorum suorum, episcoporum iudicio et consilio, confirmantes instituimus,

et pro Osca que antiquitus sedes Aragone et caput episcopatus extiterat sed nunc cum maiori parte diocesis sue in ditione sarracenorum detinetur, in precripto loco ad tempus sedem constituimus donec Deo miserante predictum caput suis membris pleniter reformetur.

AB

Ad quam modernam institutionem

BCDE

in quo synodali conuentu presentibus atque consentientibus cunctis nostri principatus primatibus atque magnatibus, pleraque sanctorum canonum instituta, episcoporum iudicio, restituimus et confirmauimus,

necnon et episcopatum in ciuitate oscensi antiquitus institutum sed a paganis inuasum atque destructum in diocesi sua maioribus nostris et nobis a eo restituta, in suprascripto scilicet loco sacraati concilii decreto restaurare studuimus.

CDE

Ad cuius plenam Deo miserante restorationem

OMNES

Ego prefatus Ranimirus quamuis indignus Christi prouidentia rex una cum filio meo Sancio donamus seu concedimus ipsi ecclesie

AB

in qua uicem episcopatus stabilimus cenobium quod uocatur Sasaue,

ac cenobium Lierdi,

ac cenobium Septemfontes

ac cenobium Sirasie

ac cenobium Rauaga

ac cenobium Sancte Marie cum omnibus eorum pertinentibus.

CDE

in qua episcopatum restauramus cenobium quod uocatur Sasaue cum omnibus suis pertinentiis,

ac cenobium quod uocatur Lierdi (3) cum omnibus sibi pertinentibus, et cenobium Septemfontes cum suis pertinentiis,

sive cenobium Rauaga cum cunctis sibi pertinentibus.

## ABC

Necnon omnes ecclesias que nunc sunt uel in posterum hedificabuntur ab ortu fluuii qui Cinga dicitur usque in uallem Lupariam ubi in anteactis temporibus predicte sedis termini extitere et exinde per plagam meridianam uersus occidentem ad locum qui Plana Maior nominatur, indeque per girum ad septentrionalem uergens (4) regionem sicut Pirinei montes preeminet Aragone inclusa omni ualle Ossella (5) cum toto Pintano (6) cum parrochialibus ecclesiis suppositorum castellorum scilicet Filera, Penna, Sos, Lopera, Unocastello, Lusia, Sibrana, Eliso, Castellomanco, Aguero, Moriello. Statuimus etiam ut cause clericorum pro quibus usque huc ecclesia nostris in partibus non modicum grauata extiterat, deinceps episcopo solo et archidiachonibus eius discuciende (7) relinquuntur ut indebita circa eos secularium cupiditas nostro cauteriata iudicio in talibus prorsus recesetur et secundum norman iustitie suum cuique ius conseruetur.

A

Laborantiarum quoque omnium nostrarum seu de ipso teloneo quod accipimus de Iacca uel omicidiorum siue regalium placitorum tocius regni Aragone

BC

Addimus adhuc de omni dominatu castri quod nominatur Atares ex omnibus que ibi habemus uel ad nos pertinent,

laborantium quoque omnium nostrarum seu de ipso teloneo quod accipimus de Iacca uel homicidiorum siue regalium placitorum totius regni Aragonie

DE

Necnon de omni dominatu castri quod nominatur Atares ex omnibus que ibi habemus uel ad nos pertinent,

seu de ipso toloneo quod accipimus de Iacca uel omicidiis siue regalibus placitis

## OMNES

ex omnibus decimationem omnem donamus. Nam et ex ipsis tributis quam recipimus in presenti uel recipere debemus aut ad futurum Deo miserante recipiemus de (8) Cesaraugusta (9) necnon et Tutela de omnibus tertiam partem ipsius decimationis supradicte ecclesie uel episcopo concedimus. Ego uero Sancius prefati regis filius diuino accensus amore concedo Deo et beato clauiculari domum quam habeo in Iacca cum omnibus que illi pertinent.

ABC

Donamus etiam et concedimus Deo et beato piscatori

omnem deciman auri, argenti, frumenti seu uini siue de cunctis rebus quas nobis tributarii sponte aut coacte exoluunt tam christiani quam sarraceni ex omnibus uillulis atque castris, tam in montanis quam in planis infra prefixos terminos.

DE

Necnon ego predictus Ranimirus una cum iam dicto filio meo Sancio concedo Deo et beato piscatori

omnem decimam nostri iuris auri, argenti, frumenti seu uini siue de cunctis rebus que nobis tributarii exsolbunt coacte tam christiani quam sarraceni ex omnibus uillulis atque castris,

ut diudit silua que uocatur Matirero usque ad flumen Gallicum subiecte sarracenorū imperio (10), ex omnibus decimam ut supra prescripsimus concedimus.

C

Necnon ego predictus Ranimirus una cum filio meo iam dicto Sancio omnia que superius sunt scripta siue per nos collata confirmamus.

OMNES

Hec omnia superius instituta siue descripta donamus domino Deo et sancto Petro ad restorationem suprascripti episcopatus propter remissionem nostrorum peccaminum ac remedium animarum nostrarum atque pro requie progenitorum nostrorum ea uidelicet ratione ut si aliquando Deo disponente caput ipsius episcopatus potuerimus recuperare ista quam restauramus ecclesia ipsi sit subdita et unum sit cum illa.

C

Et quia in partibus Aragonie episcopatus euidenter est terminatus,

ad posterorum pacem,

E

Et quia in partibus Aragonie predictus episcopatus euidenter est terminatus pro iure et antiquissimo tenore quem habuerunt Oscenses episcopi Vincentius, Pompeianus, Gaunius antequam gens barbara occupasset Ispaniam prout in Asienensi monasterio scriptis reseruatum est,

auctoritate presentium episcoporum nostrorumque primatum consilio, in partibus Yspanie usque ad fluuium qui Cinga dicitur protendi decreuimus et confirmamus secundum superpositorum illis finibus tenorem montanorum ubi idem episcopatus dicto flumine Cinga terminatur.

auctoritate presentium episcoporum et primatum nostrorum consilio, usque ad flumen qui Cinga dicitur in partibus Ispanie protendi eum quando misericors Deus christianis reddiderit decreuimus et confirmauimus sicut omnia superposita illis finibus ualles et montane in eodem episcopio usque ad predictum flumen usquequo continetur.

## OMNES

Quod si nos donatores aut aliquis successorum nostrorum aut ulla magna siue parua persona de his superius scriptis et donatis aliquid uoluerit minuere tollere uel alienare nullatenus hoc ualeat uendicare, sed siquis presumpserit canonica componat auctoritate et ista donatio firma sit et stabilis cum Christo secula in omnia. Si uero quod absit ullius persone repertus quis fuerit contrarius ut hanc donationem uelit dirumpere uiolare quousque canonice emendet restituat satisque faciat nulla cum christianis participationis causa se estimet haberi insuper et ab ecclesie conuentu sit extraneus et cum Iuda proditore (11) deputatus.

Facta carta donationis anno T.<sup>o</sup> LX.<sup>o</sup> III.<sup>o</sup> dominice natiuitatis era T.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> I.<sup>a</sup> indicione XIII.<sup>a</sup>

Ego Ranimirus quamuis indignus Christi rex hanc donationem propria manu confirmo et subscribo + et omnes episcopos in hoc sancto concilio congregatus ut hec confirmet et subscribent rogo:

## A

Austindus Ausciensis ecclesie archiepiscopus ss.

Guillermus Urgellensis ecclesie episcopus ss.

Eraclius Bigorrensis ecclesie episcopus ss.

Stephanus Olorensis ecclesie episcopus ss.

Gomesanus Calagurritane ecclesie episcopus ss.

## BCDE

Sancius filius regis subscribo +.

Alius uero Sancius frater eius subscribo +.

Austindus Ausciensis ecclesie archiepiscopus ss +.

Guillermus Urgellensis ecclesie episcopus ss +.

Eraclius Bigorrensis ecclesie episcopus ss +.

Stephanus Oloronensis ecclesie episcopus ss +.

Gomesanus Calagurritane ecclesie episcopus ss +.



Iohannes Leyurensis (12) ecclesie  
episcopus ss.

Sancius prefate ecclesie Iaccensis  
episcopus ss.

Paternus Cesaraugustane ecclesie  
episcopus ss.

Arnulfus Rotensis ecclesie episco-  
pus ss.

Blasco abbas cenobii Sancti Iohan-  
nis.

Banço abbas cenobii Sancti Andree.

Garuçus abbas cenobii Asanensis.

Sancius filius regis.

Alius Sancius frater eius.

Iohannes Leyurensis (13) ecclesie  
episcopus ss +.

Sancius prefate ecclesie episco-  
pus ss +.

Paternus Cesaraugustane ecclesie  
episcopus ss +.

Arnulfus Rotensis ecclesie episco-  
pus (14) ss +.

Belasco abbas cenobii Sancti Iohan-  
nis baptiste ss +.

Banço abbas cenobii Sancti Andree  
Apostili ss +.

Garuçus abbas cenobii Asanensis  
ss +.

## OMNES

Sancius comes subscribo +. Fortunio Sancii procer ss +. Lope Gar-  
seanus procer ss +. Omnes namque proceres regis prefati subscribimus.  
Eo modo nutriti aule regis subscribimus.

Audientes (15) enim cuncti habitatores Aragonensis patrie tam uiri  
quam femine omnes una uoce laudantes Deum confirmauerunt et lau-  
dauerunt dicentes unus Deus una fides unum baptismum gratias Christo  
celesti et benignissimo ac serenissimo Ranimiro principi qui curam  
adhibuit ad restaurandum suam ecclesiam sit illi concessa salus et uita  
a Deo longeva uictoriam inimicorum obtatam illi prestat post excessum  
uero huius eui cum sanctis in paradisi amenitate intromittat uiuitu-  
rum feliciter in secula seculorum amen (16).

---

VARIANTES : (1) *Inc. A<sub>3</sub>* : Priuilegium domini Ranimiri et Santii filii eius regum  
Aragone, quomodo in loco Iacce sedem episcopalem ad tempus constituerunt et  
certa bona super spe recuperationis ciuitatis Oscensis eidem contulerunt. Sub  
Christi ... *Inc. B<sub>1</sub>* : Anno Domini millesimo trescentesimo tercio, die iouis que fuit  
nonas septembris, in ciuitate Oscensi in palatio domni Oscensis episcopi in pre-  
sentia mei notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter uocatorum, Marti-  
nus de Saranyena procurator reuerendi patris domni Martini Dei gratia Oscensis  
episcopi presentauit uenerabili Arnaldo Garsie de Laçano canonico et officiali  
Oscensi pro tribunali sedenti quoddam priuilegium serenissimi principis Ramirii  
recolende memorie regis Aragonie et Santii filii eius et petiit mandato et aucto-  
ritate dicti officialis per me notarium infrascriptum in formam publicam reddigere  
ut presens transumptum auctoritate iudicialia exemplatum eandem fidem in  
iudicio et extra cum dicto originali faciat. Et dictus officialis uiso et lecto  
priuilegio mandauit mihi notario infrascripto quod illud in formam reddigam et  
transcribam de verbo ad verbum, prestans auctoritatem presenti transumpto qua  
uim obtineat in iudiciis et extra sicut et ipsum originale priuilegium. Tenor uero